



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 16. S. Guilielmi Bituricensis Canonizatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

rent. Præterea Rex Hungariæ sub idem Sæcul. XIII.  
tempus Hospitalariis S. Joannis Hiero- A. C. 1218.  
solymæ insigne testimonium exhibuit, ap. Hon. II.  
in quodam Donationis Diplomate, ubi ep. 1225.

loquitur in hunc modum: *Cum apudeos Rain. n. 16.*

*bospitaremur, vidimus innumerum pau-*  
*perum cætum quotidie sustentari, lan-*  
*guidos lectisterniis variaque ciborum*  
*copia refici, & mortuorum corpora de-*  
*center sepeliri. Omnia enarrare lon-*  
*gum foret; sed Equites Hospitalarii*  
*nunc cum Maria contemplationi, nunc*  
*cum Martha Actioni incumbunt, inpri-*  
*mis vero adversus hostes Crucis Domi-*  
*ni Nostri strenue dimicant. Inde est,*  
*quod his Equitibus tantæ opes & Be-*  
*neficia in toto Christiano orbe collata*  
*fuerint.*

#### §. XVI.

#### *S. Guilielmi Bituricensis Cano-* *nizatio.*

Geraldus Archiepiscopus Bituricensis,  
cum sepulchrum S. Guilielmi An-  
tecessoris sui frequentissimis prodigiis  
clarere cerneret, eum canonizari a com-  
pluribus jam annis postulabat. Sæpius  
in hanc rem Legatos suo & Capituli sui  
nomine miserat ad Innocentium Pa-  
pam III. qui negotium differendum esse  
judicaverat, quo eo manifestius de Gui-  
lielmi

I i 4

lielmi

Sæcul. XIII. lielmi Archiepiscopi sanctitate con-  
A. C. 1218. flaret.

*ep. 158  
Ran. n. 64.* Geraldo deinde, sedente Honorio Papa, negotium urgenti, ille anno millesimo ducentesimo decimo septimo re- spondit; et si præclaræ virtutes ad hominem coram Deo sanctificandum sufficiant, miracula tamen esse necessaria, quibus etiam coram hominibus Sanctus dignoscatur, atque unum per alterum confirmari debere. Itaque Papa duobus Mandatariis Guilielmo Segnelacensi Episcopo Antisiodorensi, & duobus Abbatibus Ordinis Cisterciensis curam com- misit; in vitam & miracula Guilielmi Archiepiscopi inquirerent, & acta Ro- mam mitterent. Ipse Geraldus Romam petiit, ut citius ad finem perduceret hanc causam, quæ anno sequente compo- ta est.

*Boll. 10.  
Jan. to. 1.  
p. 638.* Quippe Honorius Papa, actis trium Delegatorum acceptis & ad examen vocatis, publicum Consistorium celebravit, atque Episcopis omnibus, tunc Romæ commorantibus, accessitis, ea recitari jussit. Episcopus Pragensis ex Bohemia, tunc Romæ existens, retulit cœlestem re- velationem, quam aliquis Decanus suz Diœcesis de Sanctitate Archiepiscopi Bi- turicensis sibi factam affirmabat, tumque etiam Decanus interrogatus & auditus est. Tandem pensatis omnibus, Papa,

*2. ep. 1007.  
R. 1218. n. 33  
Hist. univ.  
Par. to. 3.  
p. 91.*

ab Archiepiscopo, Capitulo, & Episco- Sæcul. XIII.  
pis Suffraganeis rogatus, decrevit, ut A.C. 1218.  
Guilielmus Archiepiscopus Bituricensis  
Sanctorum numero adscriberetur, ejus-  
que Festum omnibus annis in die obitus,  
scilicet decima Januarii celebraretur.  
Hæc Bulla die decima septima Maji an-  
no millesimo ducentesimo decimo octa-  
vo data. Geraldus Archiepiscopus Bi- Sup. Lib.  
turigas reversus, Episcopis Suffraganeis LXXVI.  
suis, Abbatibus & Clericis convocatis, §. 39.  
S. Guilielmi corpus de terra elevatum  
arculæ auro argentoque cælatæ inseruit.  
Ipse eodem anno migravit e vita die se-  
ptima Julii, postquam Ecclesiæ Bituri-  
ensi annos novem & menses tres præ-  
fuisse. Ei Simon Sulliacensis, Cantor  
eiusdem Ecclesiæ, postquam sex menses  
vacasset, successor subrogatus est.

### §. XVII.

#### *Fratres Prædicatores Bononiae.*

Sanctus Dominicus tunc temporis Ro-  
mæ versabatur, nam illuc eodem an-  
no millesimo ducentesimo decimo se-  
ptimo, quo discipulos suos Lutetiam Pa-  
risorum miserat, advenit. Sæpe in Ur- Theod. II.  
be prædicabat tanta eloquentia & hu-  
militatis decore, ut ingens populi fre-  
quentia ad eum audiendum confluere.

Hoc anno millesimo ducentesimo de- Jord. M.S.  
cimo octavo ineunte, Roma Bononiam c. 10.

I i 5 misit